


de
Imp in R 3429^{to}
Con...

12

Privilegio della stampa
del ... di ...
di ...



CAROLVS

DEI GRATIA REX.

Castellæ Aragonum Legionis Vtriusque
Siciliæ Hierusalem Hungariæ Dalma-
tiæ Croatiae Nauarre Granatæ Tole-
ti Valentie Gallicie Maioricarum Hispalis Sardinie Cordu-
be Corsicæ Murcie Ciennis Algarbij Algeriæ Gibraltaris In-
sularum Canariæ, nec non Indiarum Orientalium, et Occidentalium
Insularum, ac terræ firmæ maris Oceani. Archidux Austriae.
Dux Burgundie Brabantie Mediolani Athenarum, et Neo-
patricæ. Comes Habsburgibj Flandriæ Tyrolis Barcinonæ Rossi-
lionis, et Ceritanie. Marchio Oristani et Goceani. ET DON-
NA MARIANNA AB AVSTRIA REGINA.
Tamquam Tutrix, et Curatrix eius, et omnium Regnorum, et Pro-
uinciarum suæ Dominationis Gubernatrix. Fideli nobis Dilecto
Francisco Lauiano V. J. D. Credenciero, Regiæ Dobancæ Mono-
poli, Citerioris nri Sicilia Regni gratiam nrām Regiam et bonam
voluntatem. Cum tuo nomine nobis expositum factam tibi fuisse,
per nrām Regiam Curiam Citerioris nri Sicilia Regni ven-
ditionem officij Credencery Regiæ Dobancæ Monopoli in dicto-
nostro Regno Neapolitani obitu Sancti Barlonis vacantis, pro pretio
ducatorum, septingentorum, et quinquaginta a te iam solutorum profer-
uitio nro, pro cot ex litteris nræ Regiæ Camere Summarie, sub-
die sexta mensis Octobris, ani proximè elapsi millesimi sexcen-
tissimi septuagesimi, expeditis, ad quas relatio habeatur, latius patet.
Nobis propterea humiliter supplicando cot dictam venditionem
de predicto officio tibi (cot præfertur) factam approbare, et com-
firmare dignaremur. Noscissa prædicta supplicatione, benignèque
suscepta, votis tuis hac in re, modo quo infra, duximus annuen-
dum. Tenore igitur, præsentium, ex certa scientia, Regia que

auctoritate nra deliberato et consulto, ac ex gratia speciali, maturna
que Sacri nri Consilij Supremi accedente, deliberatione; Ratifican-
tes prius, et confirmantes, prefatam Venditionem officij predicti Cre-
dencierij Regie Dobane Monopoli Citerioris nri Siciliae Regni
pro iam dicto soluto pretio tibi dicto Francisco Lauiano factam, pro-
ut harum tenore approbamus, ratificamus et confirmamus; nre que
huiusmodi approbationis, ratificationis, et confirmationis, munimine,
seu presidio roboramus, et validamus, et quatenus opus sit denovo tibi
concedimus. Volentes expresse, quod presens nra approbatio, rati-
ficatio et confirmatio, sit et esse debeat tibi dicto Francisco La-
uiano stabilis, realis valida, atque firma; nullumque in Iudicijs,
aut extra sentiat impugnationis obiectum, defectus incomodum, aut no-
xae cuiuslibet alterius detrimentum, sed in suo semper robore et firmi-
tate persistat. Non obstantibus, quibuscumque legibus constitutionibus, et
consuetudinibus, ac alijs incontrariu[m] forsam facientibus, etiam si-
talia essent, de quibus, specialis, et indiuidua mentio fieri debuisset quib[us]
omnibus, et singulis, hoc in casu, derogamus, et derogatum esse volumus, in-
coeteris vero in suis robore, et firmitate permansuris. Et ut premisa quem-
volumus sortiantur effectum. Illustribus vero Spectabilibus, Nobilibus, Magnifi-
cis Dilectis, Consiliarijs, et Fidelibus, nris Prorregi, Locumtenenti, et Capitaneo
generali, nro, Magno Camerario, Protonotario, Magistro Iustitiario
eorumq[ue] Locumtenentibus, Sacro nro Consilio Castri Capuane Presidentibus,
et Rationalibus Camere nre Summarie, Regenti, et Iudicibus Mag-
ne Curie Vicarie, Scribae portionum, Thesaurario nro generali,
seu id officium Regenti. Aduocatis quoque, et Procuratoribus, Fiscalibus,
coeteris que demum conuersis, et singulis officialibus, et subditis nris, maio-
ribus et minoribus, quocumque nomine nuncupatis, titulo Officio, auc-
toritate, fungentibus tam presentibus, quam futuris, in eodem Regno cons-
titutis, et constituendis, dicimus, precipimus, et iubemus. Quatenus for-
ma presentium, per eos, et eorum quemlibet diligenter inspecta, illam
tibi dicto, Doctori Francisco Lauiano ad vsu[m] et inuiolabiliter te-
neant, firmiter, et obseruent, tenerique, et inuiolabiliter obseruari faciant.

per quoscumque, iuxta presentium, seriem continentiam et tenorem pleniores. Contrarium nullatenus tentaturi, ratione aliqua siue causa. Ceteri autem Officiales, et Subditi nri predicti ignatiam nr̄am habent, ac praeter irae & indignationis nr̄e incursum poenam ducatorum mille nr̄is inferendorum aerarijs cupiunt evitare. In cuius rei testimonium praesentes fieri iusimus, nr̄o magno negotiorum praesati Citerioris Siciliae Regni Sigillo inpendenti munitas. Datus in Oppido nr̄o Matriti die Nona = Mensis Martij. Anno a Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo septuagesimo Primo. Regnorum autem nr̄oru Anno Septimo. /.

Handwritten signature or scribble in the center of the page.

*Sua causa mandante meo
B. Hieronymo de cura*

Handwritten signature on the left side.

Handwritten signatures on the right side.

*In Privilegio Regi. 17.
fol. — xxj.*

*at pta. quarta. dnos
Barrera & Cia^m*

Confirmacion en forma de la Venta hecha en Napoles, a Francisco Lauiano del Officio de Credenciero de la Dohana de Monopoli, por precio de 250 = ducados que pago en Caixa militar. /.

Handwritten notes at the bottom right, including 'El Consejo'.